

bonitatis, potentia, & alii huiusmodi. Est ergo in Dei essentia, ipsiusque attributis fundamentum, ex quo intellectus creatus posuit de illis varios concepimus formare; hoc autem est et distinguere virtualiter seu fundamentaliter. Hoc pertinet quod B. Thomas isto articulo scribit quod varijs & multiplicibus conceptibus intellectus nostri, respondet unum omnipotens simplex, secundum huiusmodi conceptionis imperfecte intellectum. Et ad 2. Rationes plures, horum nominum quea deo dicuntur, non sunt certe & vanes: quia omnibus his respondet unum quid simplex, per omnia huiusmodi multipliciter & imperfecte representatum. Quibus conforme est quod quæst. 7. pot. art. 6. ait de conceptionibus sapientie, bonitatis, similiisque attributorum: Omnes istae multa rationes & diversae habent aliquid respondens in ipso Deo, cuius omnes istae conceptiones sunt similitudines. Confirmatur iesentia diuina propter infinitam suam perfectionem, potest per seipsum praestare quodquid creaturae præstant per res diuersas: homo enim intelligit per intellectum, vult per voluntatem, punit per iustitiam, miseretur per misericordiam, diligit per charitatem; quæ omnia & inter se & ab humana essentia realiter distinguuntur: ut essentia diuina ista omnia ita præstat per seipsum, ut nullo à se vel realiter, vel ex natura rei dicitur, ad ea præstanta indiget. Continet ergo diuina essentia eminenter quid quid creaturae possunt facere, & propterea diversi conceptus formare possimus de illa, veluti conceptum essentiae intellectus, voluntatis, iustitiae, misericordiae, charitatis, & sic de reliquis: atqui hoc est, essentiam & attributa, tum inter se, tum ab inuenient distingui virtualiter seu eminenter: ergo ita distinguuntur. Habet (ai Ferrariensis) distinctionem fundamentaliter & virtualiter, in quantum ipsa res est talis, ut de ipsa diversi conceptus imperfecte representantes ab intellectu finito & limitato formari possint. Et iuxta haec accipendum est, quod isto art. ad 3. dicit B. Thom. de Deo, quod est unus, & multiplex secundum rationem.

## CONCLVSION III.

Attributa  
diuina non  
sola distin-  
guuntur per  
hoc quod  
connotant  
creaturas.

**N**ON est dicendum quod attributa diuina solum distinguuntur ex hoc quod connotant creaturem; quasi v. g. bonitas, & sapientia solum id est distinguuntur in Deo; vel quia ipse causat bonitatem & sapientiam in creaturis; vel quia in creaturis aliud est bonitas, aliud sapientia. Quidam dicunt, ait B. Th. in 1. d. 2. art. 2. quod ista attributa non differunt nisi penes connotata in creaturis, quod non potest esse: tunc quia causa non habet aliquid sub effectu, sed è contrario, unde Deus non dicitur sapiens, quia ab eo est sapientia, sed potius res creativa dicitur sapiens, in quantum imitatur diuinam sapientiam: cum quia ab eterno creaturis non existens, etiam si nunquam futura fuissent, sicut verum dicere; quod Deus est sapiens, bonus, & huiusmodi, nec idem omni modo significatur per unum & per aliud, sicut idem significant omnia synomina.

Quapropter cum ibi, tom. dist. 22. ar. 3. disseritur verbis affirmat quod attributa diuina distinguuntur ratione, non tantum ex parte ipsius rationis, sed ex veritate & proprietate ipsius rei, ita ut in Deo reuera sit id quod (bonitas) & id quod (sapientia) significat, & sic de reliquis aliisque sit ratio bonitatis, & alia ratio sapientiae, namquam secundum se præcise considerantur.

A do, quoniam in Deo vniuersa ista attributa unum & idem ex natura rei, ipsa numerum diuina essentia.

## CONCLVSION IV.

**A**TTRIBUTA diuina distinguunt ratione fine actuali respectu ad creaturas, non tamen sine virtutib[us] aut qualitatibus. Priorem partem habet S. Th. in 1. d. 2. art. 3. quatenus de nominibus quae deo proprii dicuntur, scribit: Et h[oc]um diversitas non sumitur per respectum ad creaturas, immo potius è conuerso: quia & hoc quod ratio sapientiae & bonitatis differt in Deo, diversificatur in creaturis bonitas & sapientia, non tantum ratione, sed etiam re. Quibus conforme est quod prædictis quæst. art. 3. ait quædam nomina quantum ad id quod significant, per prius dici deo quam de creaturis; quodque in 1. d. 2. art. 3. fin. concludit rationes attributorum vele esse in Deo.

Confirmatur, ut attributa diuina distinguuntur ratione. Satis est quod & ipsa sint formaliter in Deo secundum suas proprias rationes, puta, Scientia, sapientia, bonitas, amor, & alia huiusmodi; quod à nobis secundum proprias eorum rationes distincte conceptibus concepiantur: sed utrumque istorum fieri potest sine actuali respectu ad creaturas, cum diuina attributa secundum suas proprias rationes sint in Deo, antequam intelligentur dicere ordinem ad creaturas; nec secundum se importent actuali respectum ad ilias. Vnde & nos quando concepimus Dei intellectum, bonitatem, sapientiam, non habemus necesse actu cogitare de illa creatura vel eius perfectione: ergo vera est prior pars conclusionis.

Probatur posterior, quia non possumus attributa diuina cognoscere & distinguere secundum rationes ipsorum formales, nisi per species & conceptus quos abstrahamus ex creaturis, creaturarumque perfectis omnibus; ut ex huius q. ar. 1. 2. 3. & 4. manifestum est; talis autem distinctio manifestè incoluit ordinem ad creaturas, aut virtutalem, aut habitualem.

## QVÆRITVR III.

Quis intellectus distinguat ratione, diuina attributa.

## CONCLVSION I.

**N**EQUE Dei, neque Beatorum, quatenus Beatitati sunt, intellectus distinguunt diuina attributa: quia & Deus, & Beati quatenus sunt Beati, vident Deum sicuti est: sed Deus sicut in se est nullam habet distinctionem attributorum: omnia enim sunt una simplicissima essentia: ergo omnes vident unum quid simplicissimum, sine vilia distinctione actuali.

Confirmatur 1. B. Thom. q. 7. de pot. art. 6. l. 1. contra gent. c. 32. & alibi, distinctionem attributorum diuinorum referit in nostrum modum intelligendi imperfectum, quo non videmus Deum sicuti est: At per visionem beatissimam Deus videntur sicuti est: ergo Beati per eam visionem non distinguunt Dei attributa.

Confirmatur 2. Non est vnde Beati plura attributa distinguunt ratione: non ex parte obiecti, quia etsi obiectum aequivaleat multis, unum

Attributa  
diuina dis-  
tingui possunt sine  
actuali re-  
spectu ad  
creaturas.

Beati in  
quantum  
Beati non  
distinguunt  
diuina at-  
tributa.